UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Didacho ep[iscop]o. Cap[itulum]. lxxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſctō Hildeberto epō. Cap. lxxi.

Hildebertus cenomañ. epūs poſtea turonenſis archiepūs fuit. Hic berẽgarij turonẽſis diſcipulus verſificator ⁊ dictator egregius librū elegantẽ de contẽptu huius vite partiꝫ metrice ptim pſaice dictatuꝫ cõpoſuit: qui etiā vt ipſe de ſe in quadā ſua epiſtola refert multas tribulationes ⁊ vincula ꝓ xp̄o perpeſſus eſt ab emulis: videlicet retrocli comitꝫ cenomanẽſis: q̄ illū de comitatu eiecerat: ⁊ comitatū eius vſurpauerat. Qui ſanctus a predictis hoſtibꝰ detentus eſt iniuſte: eo ꝙ comitẽ exiſtentẽ in carcere viſitaſſet: ⁊ teſtamẽtū ipſius ſua manu conſcriptū matri detuliſſet. In ipā ergo cuſtodia multas paſſus afflictiones: ep̄las plures ſcripſit. Tandeꝫ electꝰ de carcere turoni archiepūs ordinatus: virtutibꝰ ⁊ ſctitate refulſit: ⁊ apud eādẽ ciuitatẽ ī pace dormiuit: ibiq̄ꝫ iacens in miraculis viuit.

¶ De ſancto Didacho epō. Cap. lxxij.

Didachus epūs exomenſis magiſter fuit ſcti dn̄ici ordinis predicatorū fundatoris: cuius ⁊ ille fuit canonicus reglaris ⁊ exīde ſuppoꝛ canonice ipſius. Hic cum. xij. abbatibus ordinis ciſtertienſis ⁊ cluniacenſis: ⁊ cū quodā apoſtolice ſedis legato ad terram albigenſeꝫ miſſus eſt ad p̄dicādū cõtra hereticos albigẽſes: q̄ tale cõſiliū collegis in officio p̄buit: vt q̄ꝛ xp̄ꝫ pauperẽ ibāt predicare: eiuſdẽ ſe vite oſtenderẽt operibꝰ cõformare: vt ex hoc aīas facilius lucrarent̄ ad xp̄m. Et ſic cõſilio didachi equitaturas ⁊ pōpoſaꝫ ſupellectilẽ dimittẽtes: in habitu humilitatis ⁊ geſtu paupertatis incedẽtes officium p̄dicationis pſecuti ſunt: in quo officio predictus pater cū ſancto dn̄ico eiꝰ canonice ſuppriore ſibi aſſiſtẽte laudabiliter ſe geſſit: ⁊ multos ad xp̄m ꝯuertit. Poſt bienniū aūt ad eccl'iā ſuā redire diſponẽs: loco ſui beatū dn̄icū vicariū dereliquit. Dūq̄ꝫ poſt multos labores exomā perueniſſet: pedes tranſiens per caſtellam: ad extremum vite ſue perductus eſt. Qui poſt obitū miraculis claruit.

¶ De ſancto Bene abbate. Cap. lxxiij.

Bene abbas fuit in deſerta thebaidis: de quo hieronymus dicit: ꝙ nunq̄ viſus eſt iurare: neq̄ꝫ mẽtiri: neq̄ꝫ iraſci: neq̄ꝫ ocioſum verbum ꝓferre: ſed vita eius erat in ſummo ſilentio: mores tranquilli: vt ꝑ oīa quaſi angelici ordinis videretur. Humilitas quoq̄ꝫ immenſa: ꝓ nihilo in omnibus ſemetipſum ducens. Hic dum beſtia quedam nomine hiperpotaurus regionem ſibi ꝓximam vaſtaret: ⁊ rogatus ab agricolis venit ad locum ⁊ beſtie in nomine ieſu precepit: ne amplius terram illam vaſtaret. Beſtiaq̄ꝫ ſtatim recedens nuſq̄ꝫ comparuit. Simili modo crocodilum ab eo alio tempore fugatum perhibebant. Hec in vitis patrum.

¶ De ſctō Pitrione abbate Cap. lxxiiij.

Pitriō abbas fuit in thebaide in mõte q̄dam p̄rupto fluuio imminẽte: in quo erant per ipā precipitia ſpelunce difficiles acceſſu: in his monachorum plurimi commanebant: quorum pater erat pitrion. Hic diſcipulus ſancti antonij fuit: ⁊ poſt eius obitum cū amone habitauit: ⁊ poſt huius abſceſſum in predicto ſe mõte conſtituit. Qui gratia ſanitatum ⁊ fugandorum ſpirituum miro modo clarebat: ⁊ immundoꝝ demonū noticiam maximam habebat. Dicebat aūt neminem poſſe demones eijcere: niſi prius a ſeipſo vicia eieciſſet. Et quicunq̄ꝫ ſuperaſſet vitia propria: poſſet de facili demones ſuperare. Hic ſecundo in ſeptimana reficiebatur pulmentula ex farre ſumens: nec aliaꝫ iam poterat eſcam recipere: neq̄ꝫ etate: neq̄ꝫ mā ſuetudine permittente. Hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Heronio ſene. Cap. lxxv.

Heroniꝰ ſenex annorum. cx. diſcipulus fuit beati antonij. Qui in deſerto nitrie in heremo habitauit poſt mortẽ magiſtri ſūme humilitatis gratia refertus. Et in eadem ſolitudine plenꝰ ſanctitate quieuit. Hec in vitis patrum.

¶ De ſctō Diogene monacho. Cap. lxxvi.

Diogenes anachorita alius beati antonij diſcipulꝰ fuit. Hic erat vir ſumme prudẽtie in eodeꝫ nitrie deſerto degẽs. Cuius ſermo ⁊ narratio oēs ad ſe venientes edificabat potiſſime cuꝫ de magr̄i ſui v̄tutibꝰ loqueretur. Et hic etiā in eadem heremo dormiuit in pace. hec vbi ſupra.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN